



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

7. Præludium. Vt cognoscamus, ad quæ maleficorum opera se extendant
ex permissione diuina, necesse est intelligere, quæ operationes Dæmonis
potestati subiectæ sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

quum, per pœnitentiam & veram ad DEVUM conuersionem. Chrisma, quo Christiani mo-
re Catholico in Baptismo vngūtur, in corpo-
re & fronte amplius non hæret, sed diu aqua i-
dem detersit, nec tam chrismate vngimur ob
corporis commodum, quām animæ salutem.
Chrismatis virtus animam afficit. Vnde era-
dicari Diaboli vngulis nō valet. Quia de causa
nec de nouo Sagē chrismate inunguntur, sicut
nec baptizantur, quādo ad cor redeunt, & suo
creatori corde contrito & humiliato reconcili-
lantur. Character, qui secundū Conciliorum
& Theologorum Catholicam doctrinam effi-
cit, ne sacram Baptisma reiteretur, indelebili-
ter animæ inhæret, corrumpi nequit : Cūm
quiçquid corrumpitur, ad corruptionem
subiecti intereat, aut à contraria qualitate ex-
pellatur. Character autem inest animæ tan-
quam subiecto, quæ corruptioni non est ob-
noxia, nec etiam characteri quicquam contra-
rium est, à quo expelli queat. Nec puto quod
omnes maleficos aut Sagas in fronte vngulis
tangat, sed tantum minus instructos in fide, &
superstitiosos, qui ea laborant persuasione,
quod talis eius tactus in fronte aliquem for-
tiatur effectum.

*Modus co-
gnoscendi, quo
usq; malefi-
corum opera
maleficorum opera se extendant ex permis-
se extendant.*

7. Præludium. Ut cognoscamus, ad quas
sione

sione diuina, necesse est intelligere, quæ ope-
rationes Dæmonis potestati subiectæ sunt.

CVM autem tanta eius potestas sit, vt nulla
vis super terram comparetur ei, attestan-
te Job cap.41. impossibile est hominem scire,
quid possint Dæmones per naturæ suæ condi-
tionem facere, nisi per donum Dei iuxtaApo-
stolum dicentem I.Cor.12. *Alia dījudicatio spiri-
tuum, vt S. August. docet lib. 3. de Trin. cap. 9.* Si autem
ex sacris literis cōstet, aliquid Dæmonum po-
testatem excedere, id nullatenus credendum
est, maleficos, aut magos posse efficere. Ex hoc
fundamento dicitur, Maleficos & magos mul-
ta posse ope diabolica facere, quæ homini im-
perito impossibilia videtur, cùm propor-
tiōnem nostri intellectus superent, nec sub sen-
sus & phantasmata cadant, à quibus nostra co-
gnitio initium sumit.

8. Præludium. Firmum illud, ad multas
difficultates tollendas in hac materia statu-
endum est pronunciatum, cum D.Dionys.
de diuin.nominibus, c.4: approbatum à
S.Thom.i part.q.64.art.1.. In Dæmoni-
bus dona naturalia nequaquam muta-
ta, sed integra & splendidissima man-
sisse.

Dæmones re-
tinuerūt post
lapsum dona
naturalia.

CONSENTIT D.Gregorius super Job lib.
34.moral.cap.13. exponens illa verba Job

D 2 41.cap: